






PROPOSITIONES
THEOLOGICÆ
EX TRACTATIBUS
De Gratia Divina, & Sacramentis in genere
DISPUTATIONI PROPOSITÆ,
QUAS AUTHORITY, & APPROBATIONE
REVERENDISSIMI DOMINI
SCHOLÆ EPISCOPALIS
DIRECTORIS,

EX PRÆLECTIONIBUS
REVERENDISSIMORUM DOMINORUM
ANTONII JEDLICKA,
Cathedralis Ecclesiæ Magno-Varadinensis Canonici
Theologi, SS. Theologiæ Magistri, Seminarii Magno-Varadinensis B. M. V.
Elisabeth Visitantis Rectoris, & SS. Theologiæ Professoris Ordinarii.

ALEXII BIMBO,
Cathedralis Ecclesiæ Magno-Varadinensis Canonici,
in Seminario B. M. V. Elisabeth Visitantis Professoris Ordinarii.

Propugnabunt

Magno-Varadini die 30. Martii Annò 1762.

Reverendi, Excellentes, ac Doctissimi Domini

IGNATIUS JÓSA,
Seminarii B. M. V. Elisabeth Visitantis Alumnus, SS. Theologiæ in quartum
Annum Auditor.

LADISLAUS ZAFFIRY,
Seminarii B. M. V. Elisabeth Visitantis Alumnus, SS. Theologiæ in secundum
Annum Auditor.



MAGNO-VARADINI,
Impressum apud Josephum Wolf, Typographum Episcopalem.



PROPOSITIONES
THEOLOGICAE

De Gratia, Libero Arbitrio, & Conscientia in genere
De Gratia, Libero Arbitrio, & Conscientia in specie
De Gratia, Libero Arbitrio, & Conscientia in genere
De Gratia, Libero Arbitrio, & Conscientia in specie

De Gratia, Libero Arbitrio, & Conscientia in genere
De Gratia, Libero Arbitrio, & Conscientia in specie



De Gratia, Libero Arbitrio, & Conscientia in genere
De Gratia, Libero Arbitrio, & Conscientia in specie

De Gratia, Libero Arbitrio, & Conscientia in genere
De Gratia, Libero Arbitrio, & Conscientia in specie

De Gratia, Libero Arbitrio, & Conscientia in genere
De Gratia, Libero Arbitrio, & Conscientia in specie



MAGNUS VARIANUS
Institutionum et Exercitiorum Theologiae

PROPOSITIONES

De necessitate Gratiae Actualis.



I.

Atemur per peccatum primi hominis ita inclinatam, & attenuatam esse arbitrii libertatem, ut sine gratia interiori illustrationis, & inspirationis DEUS etiam ut Author naturæ diligi non possit amore perfecto, tum effectivo, tum affectivo.

II.

Licet sine speciali auxilio Gratiae DEUM posse amari amore saltem imperfecto, & inchoato non repugnet.

III.

Quamvis homo in statu naturæ integræ potuisset omnia legis naturalis præcepta quantum ad substantiam operis observare sine peculiari Gratiae Divinæ adjutorio; nequit tamen in statu naturæ lapsæ.

IV.

Idem asserimus de peccatis Venialibus, quæ tametsi Justus ordinaria instructus Gratiâ omnia vitare possit ad breve saltem tempus; id tamen minime præstabit toto vitæ suæ tempore sine singulari DEI privilegio.

V.

Quô non adjutus licet leviores quasdam tentationes superare valeat, non tamen graviores.

VI.

Quemadmodum peccatori viribus naturæ à peccatis resurgere impossibile est; ita nequit justus in accepta justitia sine speciali Gratia, à habituali, & aliis ordinariis auxiliis distincta, usque ad finem vitæ perseverare.

VII.

Per Gratiam sufficientem eam intelligimus, quæ relatè ad præsentem subjecti circumstantias expeditam confert voluntati ad opus bonum potentiam, tribuitque vires, ad oppositam concupiscentiam superandam sufficientes.

VIII.

Datur in præsentem statu Gratia purè sufficiens, quæ voluntatem perfectè completam reddit ad salutarem operationem eliciendam; tametsi voluntas reipia sub tali auxilio non sit salutariter operatura; quia non vult.

IX.

Confertur gratia verè sufficiens omnibus Justis urgente præcepto, quâ adjuti præsentem concupiscentiam frænare, superare tentationes, & mandata hîc, & nunc observare possint.

X.

Ipsis quoque peccatoribus fidelibus non deest Gratia, quâ à peccatis resipiscant, & ad frugem convertantur.

XI.

Habent Gratias sufficientes etiam infideles, quibus mediâtè saltem, & fidem, & salutem obtinere possint.

XII.

Nec carent Gratia sufficienti obdurati, & excæcati; quin imò infantibus in utero Matrum sine Baptismo decedentibus Providus DEUS sufficientia salutis media præparavit.

PRO-

PROPOSITIONES

De Sacramentis in genere.

I.
Licet motiva plura in quadruplici statu quò genus humanum considerari potest, Innocentiæ nempe, Legis naturæ, scriptæ, & Evangelicæ evincant, consentaneum fuisse institui Sacramenta; defacto nihilominus nulla in statu naturæ innocentis extitere.

II.
Status Legis naturæ, & scriptæ suis provisi fuere contra peccata, tam originale, quàm actualia remediis: Status verò Legis Evangelicæ vera, propriè dicta à Christo Domino instituta septem habet Sacramenta.

III.
Quæ omnia contra, ac sentiant Anabaptistæ, Sociniani, Calvinistæ, & Lutherani, iis, qui nullum ponunt obicem, gratiam ex opere operato conferunt.

IV.
In qua gratia conferenda verisimilius Sacramenta non sunt causa physica, sed moralis duntaxat. Ex quibus

V.
Discrimen inter veteris, & novæ Legis Sacramenta est; quod vetera nullam vim, & efficaciam habuerint ad gratiam ex opere operato, sed ex opere operantis conferendam. Quare

VI.
Neque circumcisio conferebat præ reliquis Sacrificiis, & Sacramentis gratiam ex opere operato; neque instituta est in remedium peccati originalis.

VII.
Gratia verò, quam Sacramenta novæ Legis ex opere operato conferunt, ex Fide: est aliquid internum, formale, inhærens, distinctum ab actu fluente, ac transitorio. Et

VIII.
Quamvis Sacramenta vivorum ad secundam, mortuorum verò ad primam causandam gratiam instituta sint; hæc tamen secundam, illa primam per accidens conferre possunt.

IX.
Præter inhærentem illam sanctificantem gratiam, aliam peculiarem, quæ Sacramentalis dicitur, singula novæ Legis Sacramenta causant gratiam.

X.
Quam verisimilius statuimus non esse habitum distinctum à gratia sanctificante, sed jus duntaxat aliquod, ad obtinenda, cum opus est, auxilia gratiæ, necessaria ad proprios unius cujusque Sacramenti effectus consequendos, eidem superaddere.

XI.
Gratia verò in Sacramentis pro æqualitate, vel inæqualitate dispositionis in fuscipientibus æqualis, vel inæqualis est.

XII.
Fide certum est, præter gratiam, in tribus Sacramentis Baptismo, confirmatione, & ordine imprimi characterem, unde ea iterari non possunt.

Tertio locò cuique deferitur potestas opponendi.



